

OSSIFUS.
quae gingivis reges
a consideratione
circulus ossis
cus reperitur
ret. Hic circulus
zate in membra
cedum planiora

SYNDESMOLOGIA

SYNDESMOLOGIA

S E U

DOCTRINA

DE LIGAMENTIS.



— *III* —

ELENCHUS SYNDESMOLOGIÆ.

DE sydesmologia generatim.

Periosteum externum.

Periosteum internum.

Medulla ossium.

Cartilagines.

Synovia.

Glandulæ articulares.

Vasa ossium.

Nervi ossium.

Ligamenta.

Ligamenta maxillæ inferioris.

Ligamentum capsulare.

———— laterale.

Ligamenta ossis occipitis cum vertebra collæ.

Ligamenta capsularia.

Ligamentum latum anticum.

———— ——— posticum.

———— processus odontoidei.

———— nuchæ.

Ligamenta vertebrarum.

Ligamentum transversale vertebræ primæ.

Ligamentum commune anterius.

———— posterius.

Ligamenta interspinosa.

———— intertransversalia.

———— intervertebralia.

———— capsularia processuum obliquorum.

———— ultimæ vertebræ lumborum cum osse sacro.

*Ligamenta costarum.**Ligamenta extremitatis posticæ.*

Ligamenta capsularia capitulorum majorum.

————— minorum,

————— colli costarum interna.

————— externa.

Ligamentum peculiare costæ ultimæ.

*Ligamenta extremitatis anticæ.*Ligamenta capsularia cartilaginum costarum ve-
rarum.

————— costarum inter se.

Ligamenta sterni.

Membrana sterni propria.

Ligamenta cartilaginis ensiformis.

Ligamenta pelvis.

Tria ligamenta ileosacra.

Duo ligamenta sacroischiadica.

Duo ligamenta pelvis transversalia.

Ligamentum obturans foraminis ovalis.

————— Poupartii, seu inguinale.

Ligamenta ossis coccygis.

Ligamentum capsulare.

Ligamenta longitudinalia.

*Ligamenta claviculæ.**In extremitate anteriori.*

Ligamentum interclaviculare.

————— capsulare.

————— rhomboideum.

In extremitate posteriori.

Ligamentum capsulare.

Ligamenta scapulae.

Ligamentum conoideum.

———— trapezoideum.

Ligamenta humeri.

Ligamentum capsulare.

Ligamenta articulationis cubiti.

Ligamentum capsulare.

———— brachio-cubitale.

———— brachio-radiale.

Ligamenta radii.

Ligamentum capsulare superius.

———— inferius.

obliquum.

———— interosseum.

Ligamenta carpi.

Ligamentum capsulare carpi.

———— transversum primum.

———— secundum.

———— obliquum.

———— capsulare ossibus carpi proprium.

Ligamenta brevia, seu propria ossibus carpi.

Ligamenta metacarpi.

Ligamenta articularia.

———— interossea metacarpi.

Ligamenta digitorum manus.

Ligamentum capsulare.

Ligamenta phalangum lateralia.

Ligamentum pollicis cum ossè multangulari carpi.

*Ligamenta, quæ tendines musculorum manus
in situ retinent.*

In dorso manus.

Ligamentum transversale carpi externum.

Ligamenta vaginalia tendinum extensorum.

Ligamenta transversalia tendinum extensorum.

In vola manus.

Ligamentum transversale carpi internum.

Ligamenta vaginalia tendinum flexorum.

———— phalangum.

———— accessoria tendinum flexorum.

Ligamenta articulationis femoris.

Ligamentum capsulare.

———— teres.

Ligamenta articulationis genu.

Ligamentum capsulare.

———— pollicum.

———— laterale externum.

———— internum.

Ligamenta cruciata.

———— alaria.

Ligamenta cartilaginum semilunarium.

Ligamentum patellæ.

Ligamenta fibulæ.

Ligamentum capsulare extremitatis superioris.

———— interosseum.

Ligamenta extremitatis inferioris.

Ligamenta articulationis tarfi.

Ligamentum fibulæ anterioris.

Ligamentum fibulæ medium.

————— posterius.

————— tibiæ deltoides.

————— capsulare.

Ligamenta ossibus tarfi propria.

Ligamenta metatarfi.

Ligamentum capsulare.

Ligamenta articularia.

————— transversalia in dorso pedis.

————— in planta pedis.

————— interossea metatarfi.

Ligamenta digitorum pedis.

Ligamenta capsularia.

————— lateralia.

*Ligamenta, quæ tendines musculorum pedis
in situ retinent.*

Ligamentum vaginale tibiæ.

————— transversum tarfi, seu cruciatum.

————— tendinum peroneorum.

————— laciniatum.


————— vaginale extensoris pollicis.

————— flexoris pollicis.

Ligamenta vaginalia tendinum flexorum.

————— accessoria tendinum flexorum.

————— transversa tendinum extensorum.

DE SY
GE

PARTES, quæ i

1. Periosteum

2. Periosteum

3. Medulla

4. Cartilagi

5. Glandulae

6. Synovia.

7. Vasa ossi

8. Nervi ossi

9. Ligament

PERIO

Et membrana,

ossum,

velit

DIVERSA DE

1. Pericri

2. Perio

3. Perich

4. Perid

SUBSTANT

nis



DE SYNDESMOLOGIA GENERATIM.

PARTES, quæ in syndesmologia considerantur, sunt,

1. *Periosteum externum.*
2. *Periosteum internum.*
3. *Medulla ossium.*
4. *Cartilagines.*
5. *Glandulæ articulares.*
6. *Synovia.*
7. *Vasa ossium.*
8. *Nervi ossium.*
9. *Ligamenta ossium.*

PERIOSTEUM EXTERNUM.

Est membrana, quæ externam superficiem omnium ossium, solis coronis dentium exceptis, investit.

DIVERSA DENOMINATIO.

1. *Pericranium*, in cranio.
2. *Periorbita*, in orbita vocatur.
3. *Perichondrium*, quo cartilagines obducit, ac
4. *Peridesmium*, quod ligamenta investit, dicitur.

SUBSTANTIA est membrana fibrosa, arteriis, ac venis repleta, at sine propriis nervis est.

COHÆSIO. *Inferior superficies ope vasorum cum ossis poris, & superior superficies cum membrana cellulosa, & musculis cohæret.*

Usus est, ut ossis substantiam *contineat*, & ut vasa nutritia ad ossis substantiam in ordine *distribuat*.

PERIOSTEUM INTERNUM.

Est membrana, quæ internam superficiem in ossibus obducit.

Est periosteo externo similis.

MEDULLA OSSIUM.

Est substantia mollis, & pinguedinosa, quæ in cavis medullaribus ossium magnorum, ac longorum continetur.

Usus. Oleum medullæ per poros ossis transfudat in omnem totius ossis substantiam, & per peculiare poros in cava articularum; sic ossium fragilitas, ac articularum rigiditas præcavetur.

CARTILAGINES.

Sunt substantiæ albicantes, ac elasticæ, ossibus accretæ.

DIVISIO I. in *cartilagines obducentes*, quæ in ossium extremitatibus capita, & cava articularia obducunt.

II. in *cartilagines interarticulares*, quæ ossibus non accretæ, sed liberæ intra articulationes hærent, ut in articulo maxillæ, claviculæ, ac genu.

SUBSTANTIA
animalis in
condit.

Usus cartilagi
dere, ossi
Motus quot

Et humor muc
contineret

CONSTAT ex ac

Oleum ex po
tium, in c

Aqua ex va
ligamento

Mucus a gl
entis, sup

Usus. Lubrica

Impedit co

GLANDI

Sunt parve gla
ac ligam

V

VASA, quæ o
Utraque

III. in *cartilagine unientes*, quæ ossa immobili nexu *nectunt*, ut ossa pubis, corpora vertebrarum &c.

SUBSTANTIA cartilaginis videtur esse gelatina animalis inspissata, quæ terram intra se non recondit.

U S U S cartilaginum est *articulationes* lubricas reddere, ossa quædam immobili nexu *nectere*.
Motus quorundam articulationum *facilitare*.

S Y N O V I A.

Est humor muco similis, qui in cavis articulationum continetur.

C O N S T A T ex aqua, oleo, & muco.

Oleum ex poris cartilaginum, articulos obducendum, in cavum articuli transfudat.

Aqua ex vasis exhalantibus in interna superficie ligamentorum capsularium secernitur.

Mucus a glandulis articularibus, in articulis locatis, suppeditatur.

U S U S. *Lubricat* osium mobilium extrema.

Impedit concretionem articularum.

G L A N D U L Æ A R T I C U L A R E S.

Sunt parvæ glandulæ, quæ in foveis articulationum, ac ligamentorum capsularium locantur.

V A S A O S S I U M.

V A S A, quæ ossa adeunt, sunt *arteriosa*, & *venosa*.

Utraque distribuuntur.

1. In periosteo externo, & intrant per poros ossis intra lamellas.
2. In periosteo interno, & intrant per foramina nutritia ossium.

Usus vasorum, est *nutrire os*, ac *secernere medullam*, & succum medullosum.

N E R V I O S S I U M.

Pauci *nervi* intrant per majora foramina nutritia ad ossium medullam, quæ sensilis est.

Usus nervorum in medulla est, ut dolore moneant de malo medullium ossis afficiente.

L I G A M E N T A.

Sunt membranæ elasticae, ac robustæ, quæ ossium mobilium extrema connectunt.

DIVISIO I. in ligamenta *capsularia*, quæ sacci membranosi adinstar articulationes ambiunt, &

II. in ligamenta *connectentia*, quæ instar funium ossa mobilia connectunt.

Ligamenta hæc a situ in *externa*, quæ extra ligamenta capsularia, ac *interna*, quæ intra eadem locantur, dividuntur.

Omnes articulationes *ligamenta capsularia* habent: *connectentia externa* sunt in plurimis articulationibus, sed *connectentia interna* sunt solummodo in femore, ubi *ligamentum teres*, & in genu, ubi *ligamenta cruciata* inveniuntur

Usus

DE
Usus ligamen
extrema
impediunt.
externa, q
firmant.

LIGAMENT

CONDYLI max
ribus ossium
gamenta.

LIGAMENTU
foveæ artic
physis con

LIGAMENTU
rioris ad pa
temporum.

LIGAMENT

CUM V

CONDYLI ossis
primæ vert

reliquis ver

LIGAMENTA

pitulum

me verteb

LIGAMENTU

riori fora

cum prin

LIGAMENT

riori for

sicum p

Usus ligamentorum. Capsularia, ossium mobilium extrema neſunt, & ſimul eſſluxum ſynoviae impediunt. Ligamenta autem *conneſcentia*, tam *externa*, quam *interna* ossium mobilium extrema firmant.

LIGAMENTA MAXILLÆ INFERIORIS.

CONDYLI maxillæ inferioris cum *ſinubus articularibus* ossium temporum conneſcuntur per 2. ligamenta.

LIGAMENTUM *capsulare*, quod a circumferentia foveæ articularis ossis temporum ad collum apophyſis condyloideæ maxillæ inferioris pergit.

LIGAMENTUM *laterale*, ab angulo maxillæ inferioris ad partem poſticam foveæ articularis ossis temporum.

LIGAMENTA OSSIS OCCIPITIS
CUM VERTEBRIS COLLI

CONDYLI ossis occipitis cum foveis articularibus *primæ* vertebræ, & demum cum *ſecunda*, & *reliquis* vertebris conneſcuntur.

LIGAMENTA *capsularia*, a baſi condylorum occipitalium ad ambitum fovearum articularium *primæ* vertebræ colli.

LIGAMENTUM *latum anticum*, a margine anteriori foraminis occipitalis magni ad arcum anticum *primæ* vertebræ colli.

LIGAMENTUM *latum poſticum*, a margine poſteriori foraminis occipitalis magni ad arcum poſticum *primæ* vertebræ colli.

LIGAMENTUM *processus odontoidei*, a processu dentiformi secundæ vertebræ colli ad marginem anteriorem foraminis occipitalis magni.

LIGAMENTUM *nuchæ*, a protuberantia ossis occipitalis sensim angustatum ad apophyses spinosas vertebrarum colli.

LIGAMENTA VERTEBRARUM.

VERTEBRÆ ope suorum corporum, & ope suarum apophysium obliquarum sibi invicem connectuntur.

Corpora per mollem substantiam cartilagineam, *apophyses* autem per ligamenta cohærent.

LIGAMENTUM *transversale vertebræ primæ*, in interna superficie arcus antici primæ vertebræ colli transversim ex uno latere in oppositum pergit, & processum dentiformem secundæ vertebræ ad arcum primæ vertebræ firmat.

LIGAMENTUM *corporibus vertebrarum commune anterius*, a prima vertebra colli protenditur, convexam corporum vertebrarum superficiem tégendo, usque ad os sacrum.

LIGAMENTUM *corporibus vertebrarum commune posterius*, a dentiformi processu secundæ vertebræ concavam corporum vertebrarum superficiem tégendo, os sacrum usque porrigitur.

LIGAMENTA *interspinosa*, ab una spina ad alteram extenduntur.

LIGAMENTA *intertransversalia*, ab apice unius apophysis transversalis ad apicem alterius pergunt.

DE
LIGAMENTA
tebræ ad
LIGAMENTA
cumferentia
& illos inc
LIGAMENTA
sacro, firm
vertebra ad
LIGA
COSTARUM
tica cum
Ligamenta extr
LIGAMENTA
orientur a
pergunt ad
duo corpora
LIGAMENTA
ambunt c
que in ap
dorsi est.
LIGAMENTA
ad apophy
LIGAMENTA
ascendunt
vertebræ
LIGAMENTA
transver
rum ad
Ligamenta es

LIGAMENTA *intervertebralia*, ab uno corpore vertebræ ad corpus vertebræ sociæ adnectuntur.

LIGAMENTA *capsularia processum obliquorum*, circumferentiæ processuum obliquorum inseruntur, & illos includunt.

LIGAMENTA *ultimæ vertebræ lumborum cum osse sacro*, similia sunt præcedentibus, & ab ultima vertebra ad os sacrum descendunt.

LIGAMENTA COSTARUM.

COSTARUM extremitas *postica* cum vertebris, *antica* cum sterno connectitur.

Ligamenta extremitatis *posticæ* sunt.

LIGAMENTA *capsularia capitulorum majorum*, oriuntur ab ambitu capitulorum majorum, & pergunt ad ambitum finuum articularium, quos duo corpora vertebrarum dorsi formant.

LIGAMENTA *capsularia capitulorum minorum*, ambiunt capitulum minus costæ, & foveam, quæ in apice processus transversi in vertebris dorsi est.

LIGAMENTA *colli costarum interna*, a collo costæ ad apophysim transversam vertebræ suprapositæ.

LIGAMENTA *colli costarum externa*, a collo costæ ascendunt ad apophysim obliquam inferiorem vertebræ suprapositæ.

LIGAMENTUM *peculiare costæ ultimæ*, ab apophysim transversa primæ, & secundæ vertebræ lumborum ad ultimam costam ascendit.

Ligamenta extremitatis *anticæ* sunt.

LIGAMENTA capsularia cartilaginum costarum verarum, costas cum foveis sterni connectunt.

LIGAMENTA costarum inter se, ab una cartilagine perpendiculariter per veras, & spurias costas ad alteram descendunt.

L I G A M E N T A S T E R N I .

STERNI tres portiones connectentia ligamenta sunt.

Membrana sterni propria, quæ internam, & externam sterni superficiem obducit.

Ligamenta cartilaginis ensiformis, ab externa superficie cartilaginis oblique ascendunt ad cartilaginem costæ septimæ veræ.

L I G A M E N T A P E L V I S .

Ligamenta, quæ ossa ilei cum ossè sacro connectunt, sunt.

TRIA ligamenta ileosacra, quæ a spina ilei postica ad tubercula spinosa ossis sacri abeunt.

Duo ligamenta sacroischiadica, quæ a facie laterali, & inferiori ossis sacri, & a basi ossis coccygis oblique ad spinam ischii pergunt.

Duo ligamenta pelvis transversalia, a margine postico ossis ilei transversim unum ad apophysem transversam ultimæ vertebræ lumborum, alterum ad tuberculum transversale primum ossis sacri abit.

LIGAMENTUM obturans foraminis ovalis. Adnectitur circumferentiæ hujus foraminis ovalis. In superiori foraminis parte deficit pro transitu vasorum obturatoriorum.

LIGAMENTUM *Poupartii*, seu *inguinale*, a spina ilei antica, & inferiori ad cristam ossis pubis pergit.

Margo inferior musculi abdominalis obliqui externi esse videtur. Sub hoc ligamento vasa cruralia exeunt.

LIGAMENTA OSSIS COCCYGIS.

Basis ossis coccygis ad apicem ossis sacri firmatur per

LIGAMENTUM *capsulare*, quod basim ossis coccygis, & apicem ossis sacri ambit.

LIGAMENTA *duo longitudinalia*, ab externa superficie ossis coccygis ad os sacrum pergunt.

LIGAMENTA CLAVICULÆ.

Claviculæ extremitas *antica* cum sterno, & prima costa, extremitas autem *postica* cum acromio scapulæ connectitur.

LIGAMENTUM *interclaviculare*, retro sternum ab una extremitate claviculæ ad alteram protenditur.

LIGAMENTUM *capsulare anticum*, ambit extremitatem anticam claviculæ, & sinum articulare sterni.

LIGAMENTUM *rhomboideum*, ab inferiori superficie claviculæ oblique ad cartilaginem primæ costæ decurrit.

*costæ
claviculæ
interclaviculæ*

LIGAMENTUM *capsulare posticum*, posticam claviculæ extremitatem, & acromium scapulæ ambit.

LIGAMENTA SCAPULÆ.

Propria ligamenta, quæ scapulam cum extremitate postica claviculæ connectunt, sunt.

*triangularis
wulnerti*

LIGAMENTUM *conoideum*, a tuberositate processus coracoidei ad extremitatem posticam claviculæ.

LIGAMENTUM *trapezoideum*, a processu coracoidei ad extremitatem posticam claviculæ.

LIGAMENTA HUMERI.

Caput humeri cum fovea articulari scapulæ connectitur per

LIGAMENTUM *capsulare*, a margine osseo, & cartilagineo cavitatis articularis scapulæ ad collum sub capite humeri pergit. In parte superiori hujus ligamenti apertura est, per quam secundus tendo musculi bicipitis ad foveæ articularis partem superiorem decurrit.

LIGAMENTA ARTICULATIONIS CUBITI.

Articulatio cubiti ab extremitate inferiore humeri, & extremitatibus superioribus ulnæ, & radii formatur.

Ligamenta hæc ossa nescientia sunt.

LIGAMENTUM *capsulare*, circumit extremitatem inferiorem, humeri transcendit condylos humeri, & adnectitur margini toti olecrani, & processus coronoidei.

LIGAMENTUM *brachio-cubitale*, a condylo interno humeri ad apophysim coronoideam cubiti.

D
LIGAMENT
externo

L I
Radius ad hu
saria ligo

LIGAMENT
circulari
capitis ra

LIGAMENT
cistæ
versus co
mentum
articular

LIGAMENT
transit ob

LIGAMENT
brachii e
riore del
marginer

L I G
Ligamenta,

tum cu
sunt sec

LIGAMEN
lari ra
primis
pergi
nem

LIGAMENTUM brachio-radiale, a condylo humeri externo ad ligamentum capsulare radii.

LIGAMENTA RADII.

Radius ad humerum, cubitum, & carpum per peculiariam ligamenta firmatur.

LIGAMENTUM capsulare superius, a cavitate semicirculari cubiti circumdat marginem circularem capitis radii.

LIGAMENTUM capsulare inferius, a margine incisuræ semilunaris extremitatis inferioris radii versus collum capituli cubiti pergit. Hoc ligamentum sacciforme est, & cartilaginem interarticularem includit.

LIGAMENTUM obliquum, a tuberculo minori ulnæ transit oblique ad tuberositatem radii.

LIGAMENTUM interosseum, inter ambo ossa anti-brachii extensum est, solummodo in parte superiore deficit. Pergit a margine interno radii ad marginem externum ulnæ, seu cubiti.

LIGAMENTA CARPI.

Ligamenta, quæ 8. ossicula carpi tum inter se ipsa, tum cum antibrachio, & metacarpo connectunt, sunt sequentia.

LIGAMENTUM capsulare carpi, a cavitate articulari radii, & cubiti ad capitulum, quod a tribus primis ossiculis carpi formatur, sacci adinstar pergit. Hæc articulatio triangularem cartilaginem interarticularem includit.

LIGAMENTUM *transversum*, quod a sinu articulari ulnæ ad cuneiforme, & unciforme os pergit, &

LIGAMENTUM *transversum*, quod a processu styloideo radii ad os naviculare pergit.

LIGAMENTUM *obliquum*, a processu styloideo radii ad tuberculum ossis lunaris adnectitur.

LIGAMENTA *carpi propria* sunt.

LIGAMENTUM *capsulare ossibus carpi proprium*, primum ordinem ossium carpi cum secundo connectit.

LIGAMENTA *brevia* ossium carpi, quo unum os carpi alteri annectitur, plurima, & variæ figuræ sunt.

LIGAMENTA METACARPI.

Ossa metacarpi partim cum secundo ordine ossium carpi, partim inter se ipsa connectuntur.

LIGAMENTA *articularia*, quæ basim ossium metacarpi cum ossibus carpi connectunt, sunt varia, & multa, atque a suo situ *palmaria*, *dorsalia*, & *lateralia* vocantur.

LIGAMENTA *interossea metacarpi* partim in inferiore, partim in superiore extremitate ab uno osse metacarpi ad alterum pergunt.

LIGAMENTA DIGITORUM MAJUS.

Digiti, & pollicis phalanges, tum inter se, tum cum metacarpo, & pollex cum carpo connectitur.

LIGAMENTUM *capsulare*, in omni digito ab una phalange ad alteram, pergit.

DE
LIGAMENTA
langis lare
LIGAMENTA
jori carpi
os multang
LIGAMENT
LIGAMENTUM
Ligamenta, qu
retinent,
manus loc
Ligamenta in d
LIGAMENTUM
osse subbro
versum per
loideam ra
Sub hoc lig
rum, qui
LIGAMENTA
sunt brevis
versum ab
Ligamenta in v
LIGAMENTUM
ctur qua
ficie ossu
Sub hoc lig
rendines
seunt.
LIGAMENTUM
membr

LIGAMENTA phalangum lateralìa, in quovis phalangis latere ab uno osse ad alterum pergunt.

LIGAMENTUM pollicis cum osse multangulari majori carpi, circumdat phalangem pollicis, & os multangulare majus carpi.

LIGAMENTA, QUÆ TENDINES MUSCULORUM MANUS IN SITU RETINENT.

Ligamenta, quæ tendines musculorum manus in situ retinent, sunt partim in *vola*, partim in *dorso* manus locata.

Ligamenta in *dorso* manus sũnt.

LIGAMENTUM transversale carpi externum, ab osse subrotundo, & apophysi styloidea ulnæ transversim pergit in dorso carpi ad apophysim styloideam radii.

Sub hoc ligamento transeunt tendines musculorum, qui digitos, & carpum extendunt.

LIGAMENTA transversalia tendinum extensorum, sunt brevìa ligamenta, quæ in dorso manus transversim ab uno tendine ad alterum decurrunt.

Ligamenta in *vola* manus sũnt.

LIGAMENTUM transversale carpi internum, adnæscitur quatuor eminentiis, quæ in interna superficie ossium carpi formantur.

Sub hoc ligamento magnum spatium est, per quod tendines musculorum flexorum digitorum transeunt.

LIGAMENTA vaginalia tendinum flexorum, vaginæ membranaceæ sunt, quæ a ligamento transverso

interno incipiunt, & tendines vaginæ adinstar includunt, & ossibus neclunt.

LIGAMENTA vaginalia phalangum, ab uno margine phalangis supra ligamenta vaginalia priora pergunt, & tendines extensores in situ firmant.

LIGAMENTA transversalia tendinum flexorum, transversim in palma minus adhuc sub digitis supra tendines decurrunt.

LIGAMENTA accessoria tendinum flexorum, a prima, & secunda phalange digitorum, tendinum vaginis inclusa ad tendines flexores ipsos abeunt.

LIGAMENTA ARTICULATIONIS FEMORIS.

Caput ossis femoris cum acetabulo ossium innominatorum per 2. admodum robusta ligamenta firmatur.

LIGAMENTUM capsulare, est crassum, amplum, & fortissimum ligamentum, quod ab ambitu marginis acetabuli lato principio oritur, dein caput, & totum femoris collum circumit.

LIGAMENTUM teres, seu *rotundum*, est articulationi inclusum; a fovea, quæ in fundo acetabuli est, pergit ad foveam, quæ in capite femoris deprehenditur.

LIGAMENTA ARTICULATIONIS GENU.

Articulatio genu a condylis ossis femoris, a capite tibiæ, & a patella formatur.

Ligamenta hæc 4 ossa neclentia sunt.

LIGAMENTUM capsulare, superius circumferentiæ condilorum femoris, inferius capiti tibiæ, & anterius toti margini patellæ adnectitur.

DE
LIGAMENTUM
femoris, t
lare, ac
LIGAMENTUM
terno femo
tibiæ, &
LIGAMENTUM
femoris de
LIGAMENTA
ciam fibi
lare in arti
incisura co
gunt ad tu
cularium r
LIGAMENTA
terioris lig
tera in pin
LIGAMENTA
gines femi
& sinus arti
menta, pa
connectun
LIGAMENTUM
ab apite
LIG
Phala ope li
LIGAMENTUM
quod a
tibiæ per

LIGAMENTUM posticum, oritur a condylo externo femoris, transgreditur oblique ligamentum capsulare, atque adnectitur sub interno condylo tibiæ.

LIGAMENTUM laterale externum, a condylo externo femoris descendit ad extremum condylum tibiæ, & caput fibulæ.

LIGAMENTUM laterale internum, a condylo interno femoris descendit ad condylum internum tibiæ.

LIGAMENTA cruciata, sunt duo ligamenta, cruciatim sibi imposita, & intra ligamentum capsulare in articulatione inclusa. Oriuntur a foveolis incisuræ condylorum femoris, & cruciatim pergunt ad tubercula, quæ in medietate sinuum articularium tibiæ sunt.

LIGAMENTA alaria, sunt duplicaturæ membranæ anterioris ligamenti capsularis, quæ juxta patellæ latera in pinguedinem ibi locatam evanescent.

LIGAMENTA cartilaginum semilunarium. Cartilagine semilunares, quæ inter condylos femoris, & sinus articulares tibiæ locantur per parva ligamenta, partim inter se ipsas, partim cum tibiâ connectuntur.

LIGAMENTUM patellæ, est forte ligamentum, quod ab apice patellæ ad spinam tibiæ descendit.

LIGAMENTA FIBULÆ.

Fibula opè ligamentorum tibiæ adnectitur.

LIGAMENTUM capsulare extremitatis superioris, quod a capite fibulæ ad externum condylum tibiæ pergit.

LIGAMENTA articularia, quæ basim ossium metatarsi cum ossibus tarsi connectunt, sunt multa, & a situ in *dorsalia*, *plantaria*, & *lateralia* dividuntur.

LIGAMENTA transversalia in dorso pedis, sunt 3. ab uno osse metatarsi transversi in dorso pedis ad alterum pergunt.

LIGAMENTA transversalia in planta pedis, sunt tria, & eundem in planta situm habent.

LIGAMENTA interossea metatarsi, occupant spatium laterale in interstitiis ossium metatarsi.

LIGAMENTA DIGITORUM PEDIS.

Phalanges digitorum, partim inter se, partim cum metatarso conjunguntur.

Ligamenta hæc officula nectentia sunt.

LIGAMENTA capsularia, extremitates phalangum circumdant.

LIGAMENTA lateralialia, ad latera phalangum ab uno osse ad socium progrediuntur.

LIGAMENTA, QUÆ TENDINES MUSCULORUM PEDIS IN SITU RETINENT.

Hæc ligamenta, partim in *dorso*, partim in *planta* pedis deprehenduntur, & sunt

LIGAMENTUM vaginale tibiæ, a margine antico in inferiore extremitate tibiæ oblique supra omnes tendines pergit ad fibulam.

LIGAMENTUM transversum tarsi, seu *cruciatum*, sunt duo ligamenta, quæ se in tarso cruciatim decussant, unum supra malleolum externum or-

- tum ad malleolum internum: alterum ab antica parte calcanei ad os naviculare pergit.
- LIGAMENTUM tendinum peronæorum**, a parte antica calcanei ad tuberositatem ejusdem ossis protrahitur.
- LIGAMENTUM laciniatum**, oritur a peripheria malleoli interni, & radiatim expanditur in omnes partes vicinas, & in internam superficiem calcanei.
- LIGAMENTUM vaginale extensoris pollicis**, quod tendinem hujus musculi includit.
- LIGAMENTUM vaginale flexoris proprii pollicis**, in sinuositate calcanei tendinem flexoris proprii pollicis vaginæ adinstar circumdat.
- LIGAMENTA vaginalia tendinum flexorum**, in concava phalangum superficie tendines digitorum flexores vagina ambiunt.
- LIGAMENTA accessoria tendinum flexorum**, sunt brevissima ligamenta in ipsis vaginis tendinum locata, a phalangibus orta in tendines terminantur.
- LIGAMENTA transversalia tendinum extensorum**, ab uno tendine transversim ad alterum decurrunt.

